

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Savanter Diöcese.

Inhalt: I. Epistola Leonis PP. XIII. de Christophoro Columbo. II. Aufündigung der Priester-Exercitien und Einladung zu denselben. III. Ministerial-Erlaß betreffend die Inventarisirung der bischöflichen Menzalgüter und Abteien. IV. Erkenntnis des k. k. Verwaltungsgerichtshofes über das Verfügungsrecht bezüglich der zu Kirchenzwecken gewidmeten Objecte. V. Drei Erkenntnisse des Reichsgerichtshofes in Congrua-Angelegenheit. VI. Diöcesan-Nachrichten.

I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPA E XIII.

Epistola ad Archiepiscopos et Episcopos ex Hispania, Italia et utraque America.

DE CHRISTOPHORO COLVMBO.

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres! Salutem et Apostolicam Benedictionem!

Quarto abeunte saeculo, postea quam homo Ligur ad ignotas trans Oceanum Atlanticum oras, Deo auspice, primus appulit, gestiunt homines et memoriam rei grata recordatione celebrare et auctorem extollere. Nec sane facile reperitur, quae promoveat animos studiaque inflammet, caussa ulla dignior. Res enim per se omnium est, quas ulla actas unquam ab hominibus effectas vidit, maxima et pulcherrima: is vero qui fecit, pectoris ingenique magnitudine post natos homines cum paucis comparandus. Eius opera ex inexplorato Oceani sinu alter emersit orbis: centena mortalium millia ex oblivione et tenebris in communem humani generis societatem restituta, ex fero cultu ad mansuetudinem atque humanitatem traducta; quodque est longe maximum, eorum communicatione bonorum, quae Iesus Christus peperit, ad vitam sempiternam ab interitu revocata. — Europa quidem, subitae rei novitate et miraculo tunc attonita, quid Columbo debeat, sensim postea cognovit, cum nimirum deductis in Americam coloniis, commeatu assiduo, mutatione officiorum, dandis accipiendisque mari rebus, ad naturae cognitionem, ad communes copias, ad opes incredibilis est accessio facta, unâque simul Europaei nominis mire crevit auctoritas. — In hac igitur tam multiplici significatione honoris, atque in hoc velut concentu gratulantium, omnino silere non decet Ecclesiam, quippe quae more atque instituto suo quidquid usquam honestum ac laudabile videatur, probat libens ac provehere nititur. Honores illa quidem singulares et maximos reservat praestantissimis in genere morum virtutibus, qua saluti aeternae animorum cohaerent: non idcirco tamen spernit aut parvi aestimat ceterum genus: immo vero magna voluntate favere honoremque semper habere consuevit egregie de civili hominum coniunctione meritis atque immortalitatem apud posteros consecutis. Mirabilis enim Deus est maxime in sanctis suis: sed divinae virtutis eius in iis quoque apparent impressa vestigia, in quibus eluceat vis quaedam animi ac mentis excellens; quia non aliunde in homines lumen ingenii atque excelsitas animi, nisi a parente et procreatore Deo proficiscuntur.

Sed praeterea alia est caussa, eademque prorsus singularis, quamobrem recolendum nobis memori gratulatione putemus immortale factum. Nimirum Columbus noster est: quandoquidem si paulis-

per spectetur, qua potissimum caussa consilium cepit tenebrosum mare conquirere, et qua ratione consilium conatus est exequi, dubitari non potest, plurimum in re suscipienda perficiendaque potuisse fidem catholicam, ita ut non parum hoc etiam nomine universum hominum genus debeat Ecclesiae.

Fortes quidem atque experientes viri, cum ante Christophorum Columbum tum postea, numerantur non pauci, qui ignotas terras, ignotiora maria pertinaci studio exquisierint. Quorum memoriam fama hominum, beneficiorum memor, iure praedicat, praedicabit, propterea quod scientiarum atque humanitatis propagavere fines, communemque prosperitatem auxere; idque non levi negotio, sed per summam animi contentionem, nec raro per summa pericula. Est tamen, quod hos inter atque eum, de quo loquimur, magnopere differat. Videlicet haec praecipue nota Columbum distinguit, quod emetiendo remetiendoque immensa Oceani spatia, maius quiddam atque aliud quam ceteri, petebat. Non quod nihil ille moveretur honestissima cupiditate sciendi, beneque de hominum societate merendi; nec quod gloriam contemneret, cuius acriores in magnis pectoribus solent esse morsus, aut spem utilitatum suarum funditus aspernaretur: verum prae his humanis rationibus universis longe in illo ratio valuit religionis avitae, quippe quae sine ulla dubitatione et eam mentem voluntatemque homini dedit, et in summis saepe difficultatibus constantiam cum solatio praebuit. Hanc enim praecipue sententiam atque hoc propositum eius insedissee animo constat, aditum Evangelio per novas terras novaque maria patefacere.

Id quidem parum verisimile videri eis potest, qui in hanc rerum naturam, quae percipitur sensibus, cogitatione omni curaque contracta, recusant intueri maiora. Sed contra in maximis ingeniis hoc fere existit, ut malint altius assurgere: sunt enim ad concipiendos divinae fidei instinctus afflatusque optime omnium comparata. Certe studium naturae cum religionis studio Columbus coniunxerat, atque haustis ex intima fide catholica praeceptis mentem conformarat. Hac de caussa cum ex astronomica disciplina et veterum monumentis comperisset, trans noti orbis terminos magna terrarum spatia etiam in occidentem patere, nulli hominum ad eam diem explorata, observabatur animo multitudo ingens, miserandis circumfusa tenebris, vesanis ritibus ac Deorum inanum superstitionibus implicata. Miserum agresti cultu ferisque moribus vivere: miserius carere notitia rerum maximarum, atque in unius veri Dei ignoratione versari. Haec igitur apud animum suum agitans, primum omnium expetivit, christianum nomen, christianae beneficia caritatis in occidentem extendere: quod tota rei gestae historia abunde comprobatur. Sane cum a Ferdinando et Isabella Hispaniae regibus primum petiit, rem suscipere ne gravarentur, plane exponit causam fore, ut ipsorum gloria ad immortalitatem cresceret, si nomen ac doctrinam Iesu Christi inferre in regiones tam longe dissitas instituisent. Nec multo serius compos votorum factus, contendere se a Deo testatur, ut reges divina eius ope gratiaque velle pergant novas oras nova litora Evangelio imbuerent. Ab Alexandro VI. Pontifice maximo viros apostolicos maturat per litteras petere, in quibus ea est sententia: sacrosanctum Iesu Christi nomen et Evangelium quam latissime disseminare me aliquando posse, Deo adiutore, confido. Atque efferebatur, putamus, gaudio, cum Raphaeli Sanchesio primum ab India redux Olisipone scriberet, agendas Deo immortales gratias, quod sibi successus tam prosperos benigne dedisset: gaudere ac triumphare Iesum Christum in terris aeque ac in caelis oportere, proximam iam gentium innumerabilium, quae antea ad interitum ruerent, salute. Quod si Ferdinando et Isabellae auctor est, ut novum orbem adiri commerciaque cum indigenis institui nisi a christianis catholicis ne sinant, eam affert causam, quod incepto conatuque suo nihil petivit aliud, quam religionis christianae incrementum et decus. Idque Isabellae, quae summi viri mentem introspererat, ut nemo melius, optime cognitum: immo idem plane propositum pietissimae et ingenio virili magnoque animo feminae constat fuisse. Illa enim de Columbo affirmarat, futurum, ut in vastum Oceanum se animose daret, rem effecturus, divinae gloriae causam, magnopere insignem. Et ad ipsum Columbum secundo reducem, optime collocatos, scribit, quos ipsamet in expeditiones Indicas fecisset, quosque esset factura sumptus: inde enim amplificationem catholicae rei consecuturam.

Alioqui praeter caussam humana maiorem, unde erat ille constantiam animique robur haustus ad ea perferenda, quae coactus est usque ad extremum perferre et perpeti? contrarias intelligimus eruditorum sententias, virorum principum repulsas, furentis Oceani tempestates, assiduas vigiliis, quibus usum luminum plus semel amisit. Accessere praelia cum barbaris, amicorum et sociorum infidelitates, conceleratae conspirationes, invidorum perfidiae, obtrectatorum calumniae, impositae innocenti compedes. Omnino necesse homini erat laboribus tantae molis ac tanto concursu succumbere, nisi se ipse conscientia sustentasset pulcherrimi facti, quod nomini christiano gloriosum, atque infinitae multitudini salutare perspiciebat fore. — Quod quidem factum ipsa temporis adiuncta mirifice illustant. Siquidem Americam Columbus aperuit, quo tempore prope erat, ut magna in Ecclesiam procella incumberet. Quantum igitur ex rerum eventis divinae providentiae vias existimare homini licet, vere singulari Dei consilio natus videtur ille Liguria ornamentum ad ea, quae catholico nomini ab Europa impenderent detrimenta sarcienda.

Vocare Indorum gens ad instituta christiana, erat profecto Ecclesiae munus atque opus. Quod illa munus statim a principio inchoatum, insistere perpetuo caritatis tenore perrexit: itemque pergit, ad ultimam Patagoniam novissimo tempore progressa. Columbus tamen certus praecurrere ac munire vias Evangelio, penitusque hac in cogitatione defixus, omnem operam suam ad id retulit, nihil fere aggressus nisi religione duce, pietate comite. Res commemoramus vulgo compertas, sed ad mentem animumque viri declarandum insignes. Scilicet coactus a Lusitanis, a Genuensibus, infecta re, abire, cum in Hispaniam se contulisset, intra parietes religiosae domus ad maturitatem alit meditatae conquisitionis grande consilium, conscio ac suasore religioso viro, Francisci Assisiensis alumno. In Oceanum, circumacto septennio, denique egressurus, quae ad expiandum animum pertinent, curat in procintu: caeli Reginam precatur, ut coeptis adsit cursumque dirigat: nec prius vela solvi, quam implorato numine Trinitatis augustae, imperat. Mox in altum provectus, saeviente mari, vociferante remige, tranquillam mentis constantiam tuetur, fretus Deo. Propositum hominis ipsa loquuntur imposita insulis novis nova nomina; quas quidem ubi singulas attingit, Deum omnipotentem supplex adorat, neque possessionem earum init, nisi in nomine Iesu Christi. Quibuscumque appulsus oris, non habet quidquam antiquius, quam ut Crucis sacrosanctae simulacrum defigat in litore: divinumque Redemptoris nomen, quot toties aperto salo cecinerat ad sonitum murmurantium fluctuum, in novas insulas primus infert: eamque ob caussam ad Hispaniolam aedificandi initium a molitione templi facit, popularesque celebritates a sanctissimis caeremoniis exorditur.

En igitur, quo spectavit, quid egit Columbus in regionibus tanto maris terraeque tactu indagandis, inaccessis ad eam diem atque incultis, quarum tamen humanitas et nomen et opes celeri cursu in tantam amplitudinem, quantam videmus, postea crevere. Qua tota in te magnitudo facti, et vis varietasque beneficiorum, quae inde consecuta sunt, grata quidem recordatione atque omni honoris significatione celebrari hominem iubent: sed primum omnium agnoscere ac venerari singulari ratione oportet aeternae mentis numen atque consilium, cui sciens, paruit atque inservivit novi inventor orbis.

Quo igitur digne et convenienter veritati solemnia Columbiana agantur, ad celebritatum civilium decus religionis adhibenda sanctitas est. Proptereaque sicut olim ad primum facti nuntium grates Deo immortalis, providentissimo, publice actae sunt, praeeunte Pontifice maximo: ita nunc in renovanda auspiciatissimi eventus memoria idem arbitramur faciendum. Edicimus itaque ut die XII. octobris, aut proximo die Dominico, si Ordinarius loci ita expedire censerit, in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis ex Hispania, Italia, atque ex utraque America, post Officium diei, solemniter Missa celebretur de Sanctissima Trinitate. Quod, praeter nationes, quae supra memoratae sunt, apud ceteras quoque confidimus fore, ut idem, Episcopis auctoribus, peragatur: quod enim omnibus profuit, id convenit pie grateque ab omnibus celebrari.

Interim divinorum munerum auspiciem et paternae Nostrae benevolentiae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XVI. Julii An. MDCCCXCII., Pontificatus Nostri Decimoquinto.

Leo PP. XIII.

II.

Ankündigung der diesjährigen Priesterexercitien und Einladung zu denselben.

Die diesjährigen Priesterexercitien werden in Sauerbrunn bei Rohitsch unter der Leitung eines ausgezeichneten Exhortators aus der Congregation der Redemptoristen in Wien am 26. September Abends beginnen und am 30. desselben Monats Morgens geschlossen.

Damit behufs entsprechender Unterbringung und Verpflegung der Exercitanden rechtzeitig Vorkehr getroffen werden könne, sind die diesfälligen Anmeldungen durch das betreffende F.-B. Decanalamt bis längstens 15. September an das F.-B. Ordinariat einzusenden, welches ein Teilnehmer-Verzeichnis bis zum 20. September nach Sauerbrunn einschicken muß. Die hochwürdigen Herren wollen sich bei ihrer Ankunft um die Wohnungsanweisung in der Rentamtskanzlei melden.

Ich hoffe zuversichtlich, daß sich der im Herrn mir liebwerthe Klerus an den gnadenreichen Geistesübungen recht zahlreich betheiligen wird; zumal aber ist es mein lebhaftester Wunsch, daß jene Priester, welche seit mehreren Jahren an der Theilnahme verhindert waren, ernstlich trachten, dabei zu erscheinen. Es fñhlt ja wohl ein Jeder von uns das Bedürfnis der geistigen Erneuerung und anerkennt die Nothwendigkeit zeitweiligen Ausschens stiller Einsamkeit, um von zeitlichen Sorgen auszuruhen und sich dem ewigen Heilsgeschäfte ganz zu weihen. Ich kann wohl beherzt behaupten, daß es noch Niemand bereut hat, heiligen Exercitien beigewohnt zu haben, weshalb auch Ihr geliebte Mitarbeiter im Weinberge des Herrn! gewiß den Augenblick segnen werdet, der euch zu denselben gefñhrt.

Unter den verschiedenen „Schemata“, welche den Vätern des hochheiligen Vatikanischen Concils zur Begutachtung unterbreitet wurden, befinden sich zwei, die Priesterexercitien berührend, in welchen es unter Anderem heißt: „Quoniam in medio corrupti saeculi facile evenit, ut de mundano pulvere etiam religiosa corda sordescant, ad ecclesiastici vero ordinis dignitatem et sanctimoniam retinendam ac fovendam pium spiritualium exercitiorum institutum vel maxime conduit, omni studio eurent episcopi, ut clerici . . . certo dierum spatio in opportunum aliquem locum iisdem peragendis exercitiis secedant, quo exterioribus curis sepositis ac vehementiori studio aeternarum divinarumque rerum meditationi vacantes ecclesiasticum spiritum renovare possint“. (Acta et decreta ss. Concil. Vatic. Ed. P. Schneemann).

Venite itaque fratres in Christo dilectissimi! ad spirituale convivium. Desiderio desidero, hoc pascha manducare vobiscum. (Luc. 22, 15).

III.

Ministerial-Erlass

betreffend die Inventarisirung der bischöflichen Mensalgüter und Abteien.

Das hohe k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht hat mit dem Erlasse vom 15. Mai 1892, Zahl 10987 ex 1890 anzuordnen befunden, daß in theilweiser Abänderung mehrerer Bestimmungen des Staatsministerial-Erlasses vom 28. August 1865 Zahl 6657/C. U. betreffend den Vorgang bei Inventarisirung der bischöflichen Tafelgüter und Abteien in Zukunft bei den sich ergebenden Inventarisirungsfällen der Wert des unbeweglichen Vermögens, u. zw. sowohl der Grundstücke, als der Gebäude, in den Inventurs-Protokollen mit jenem Betrage anzugeben ist, welcher bei der letzten Bemessung des Gebühren-Äquivalentes seitens der Finanzverwaltung zu Grunde gelegt worden ist.

Seit dem letzten Inventursfalle erworbene Realitäten, für welche ein Gebührenäquivalent noch nicht zu entrichten ist, sind mit dem Werte, welcher bei Bemessung der Vermögensübertragungsgebühr nach Tar. = P. 106 des Gebührengesetzes seitens der Finanzverwaltung zu Grunde gelegt wurde, in das Inventar einzustellen.

Handwritten mark or signature.

Bei Grundstücken sind im Inventare nicht nur die Parzellen-Nummern des neuen Catasters, sondern auch Flächenmaß, Bonitätsklasse und Catastralreinertrag nach den steuerämtlichen Besitzbögen aufzuführen.

Im übrigen bleiben die Bestimmungen des erwähnten Staatsministerial-Erlasses vom 28. August 1865, Zahl 6657 und des in dem Verordnungsblatte für den Dienstbereich des Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 17. Jänner 1880 unter Nr. 3 kundgemachten Erlasses vom 8. Jänner 1880, Z. 17721 über den Vorgang in den eingangsbezeichneten Inventarisierungsfällen in Geltung.

Mitgetheilt von der k. k. Statthalterei unter 19. Juni 1892 Zahl 12390.

IV.

Erkenntnis des k. k. Verwaltungs-Gerichtshofes vom 13. November 1891, B. 3586.

(Budwinski, V.-G.-H.-Erk. 1891, Nr. 6244, S. 818):

Das Verfügungsrecht über die zu Kirchenzwecken gewidmeten Objecte (Kirchenglocken) steht ausschließlich den zur Besorgung der Kirchenangelegenheiten berufenen Organen zu.

Gemeinde Wallern ca. Ministerium für Cultus und Unterricht (M.-B.-S. Kanöra): Erkenntnis vom 26. August 1890, Z. 15.701, puncto Verfügung über die Kirchenglocken in Wallern.

„Die Beschwerde wird als unbegründet abgewiesen“.

Entscheidungsgründe: Mit der angefochtenen Entscheidung wurde der Ausdruck der böhmischen Statthalterei aufrecht erhalten, wonach dem Bürgermeister in Wallern bedeutet wurde, daß das Verfügungsrecht über die Kirchenglocken ausschließlich dem Pfarrer zusteht, daß auch nur dieser und nicht der Gemeindevorsteher berechtigt ist, dem Kirchendiener in Betreff des Läutens der Glocken irgendwelche Befehle und Verbote zu ertheilen, und daß der Gemeindevorsteher sich in Zukunft derartiger eigenmächtiger und demonstrativer Handlungen zu enthalten habe.

Daß die Glocken zu kirchlichen Zwecken gewidmet sind, wird von der Beschwerde ausdrücklich zugegeben; ist aber dies der Fall, dann sind die geweihten Glocken als res sacrae anzusehen und dann steht die Beurtheilung, bei welchen kirchlichen Functionen das Läuten der Kirchenglocken einzutreten habe, ausschließlich den zur Besorgung der Kirchenangelegenheiten berufenen Organen zu. Die Frage des Eigenthums der Glocken ist dabei vollends irrelevant, denn die Ausübung des Eigenthumsrechtes steht unter der Beschränkung, daß „dadurch weder in die Rechte eines Dritten ein Eingriff geschieht, noch die in den Gesetzen zur Erhaltung und Beförderung des allgemeinen Wohles vorgeschriebenen Einschränkungen übertreten werden dürfen“. (§ 364 a. b. G.-B.)

V.

Drei Erkenntnisse des k. k. Reichsgerichtes in Angelegenheit der Congrua.

1. Die Versäumung der zur Einbringung der Congrua-Fassion in der Verordnung vom 24. Jänner 1890, R.-G.-Bl. Nr. 7, § 2, vorgeschriebenen Frist hat nur den Verlust des Anspruches auf Congrua-Ergänzung bis zur Ueberreichung der Fassion, nicht aber des Rechtes zur Ueberreichung der Fassion zur Folge.

2. Die stiftbriefmäßige Verpflichtung des Pfarrers, den Unterhalt des Hilfspriesters mit bestimmten Naturalleistungen zu bestreiten, schließt die Verpflichtung des Pfarrers nicht in sich, den durch das Richtigsstellungs-Erkenntnis in Geld festgestellten Abgang auf die neue Congrua zu tragen.

3. Der Umstand, daß in einem vor dem Congruagesetze von 1885 ausgestellten bischöflichen Ernennungsdecrete eines Seelsorgers die damals mit einem unselbstständigen Vicariate verbundene Congrua eingesetzt ist, schließt nicht aus, daß durch dieses Decret vom Standpunkte des neuen Congruagesetzes die Ernennung zum selbstständigen Seelsorger bewirkt erscheint.

VI.

Diöcesan-Nachrichten.

Ernannt wurden zu f. b. geistl. Rätthen die Herren: Barthelmä Voh, Dechant und Hauptpfarrer in Gonobiz und Anton Lacko, Pfarrer in hl. Kreuz bei Luttenberg.

Investirt wurden: Herr Barthelmä Voh, Pfarrer in St. Martin im Rosenthale, auf die Hauptpfarre Gonobiz, Herr Franz Zdotssek, Pfarrer in Sutzbach, auf die Pfarre St. Georgen unterm Tabor, Herr Johann Gajsek, Pfarrer in Allerheiligen, auf die Pfarre St. Veit bei Ponittl und Herr Mathias Karba, Kaplan in Doberna, auf die Pfarre Retschach.

Bestellt wurden: Titl. Herr Barthelmä Voh, Hauptpfarrer in Gonobiz, als Dechant zu Gonobiz, Herr Kene, Pfarrer in Süßenberg, als Administrator des Defanates St. Marein, Herr Mathias Karba, Pfarrer in Retschach, als Witprovisor von Stranizen, Herr Vincenz Kolar als Provisor in St. Martin im Rosenthale, Herr Johann Pajtler als Provisor zu Allerheiligen, Herr Franz Visnar als Provisor in Sutzbach, Herr Martin Stolz als Provisor in Razbor, Herr Barthelmä Stabuc als Provisor in St. Marein, Herr Franz Brglez sen. als Provisor in St. Stephan bei Süßenheim und Herr Josef Kranje als Provisor in St. Peter bei Königsberg.

Wiederangestellt wurden als Kaplanen die Herren Provisoren: Markus Tomazič in Gonobiz, Josef Dekorti in St. Georgen unterm Tabor und Vincenz Čepin in Retschach.

Angestellt wurden: Herr Barthelmä Frangež, Deficientpriester, als Kaplan in Kapellen bei Radfersburg, Herr Anton Medved, Doctor der Theologie und Philosophie, gewesener Kaplan an der del Anima in Rom, als Kaplan in Trisail, Herr Franz Mandeliček, Aushilfspriester in St. Peter bei Königsberg, als Kaplan alldort; ferner die Herren Seminarapriester; Josef Kardinar als Kaplan in Doberna, Anton Cestnik als zweiter Kaplan in Altenmarkt und Panfraz Gregorc als Aushilfspriester in Heiligenstein.

Uebersezt wurden die Herren Kaplanen: Kajpar Kacičnik nach Schiltern, Andreas Keček nach Leskovez, Franz Kakuska nach Reifnit, Jakob Merc nach St. Egidii unterm Turiaf, Veit Janžekovič nach Böltzschach, Anton Mojžišek nach Süßenberg und Stephan Pivec nach Niez.

In den zeitlichen Deficientenstand trat krankheitshalber Herr Franz Koepek, Kaplan in St. Egidii unterm Turiaf.

Gestorben sind: Herr Simon Pichler, Deficientpriester in Magau, am 4. Juni im 62., Herr Anton Potočnik, Pfarrer in Razbor, am 6. Juli im 43., Herr Franz Verlic, Pfarrer in Stranizen, am 6. Juli im 66., P. T. Herr Martin Ivanc, Ehrendomherr, f. b. Konsistorialrath, Dechant und Pfarrer in St. Marein, am 18. Juli im 73., Herr Anton Ferme, Pfarrer in St. Stephan bei Süßenheim, am 5. August im 74. und Titl. Herr Martin Sevnik, f. b. geistl. Rath und Pfarrer in St. Peter bei Königsberg, am 5. August im 80. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben die Kaplaneien in Galizien, Haidin, Leutsch, St. Stephan bei Süßenheim, St. Ruprecht ob Tüffer und die erste Kaplanei in St. Marein.

J. B. Lavanter Ordinariat in Marburg,

am 10. August 1892.

† **Michael,**
Fürstbischof.